UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Confessionale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65423

Visual Library

§. 6.

Quas indulgentias Noſtri poſſint concedere.

Indulgentias, quas Noſtri Confeſſarii nonnumquam poſſunt concedere, & quibus, vide verbo *Indulgentiæ*. §. 9. 15. & 25. Itèm qualiter ſint nullæ Confeſſiones Noſtrorum, factæ aliis quàm deputatis Confeſſariis, vide ſuprà verbo *Abſolutio*. §. 15. vide etiam verbo *Diſpenſatio*. §. 6.

CONFESSIONALE.

Impetrans confeſſionale, quâ pœnâ plectendus.

QUicumque Noſtrorum Confeſſionale aliquod, abſque expreſſa licentia, impetrare præſumit, eo ipſo impetratis caret, ac per decennium præeminentiâ Societatis, ſi quam habet, ipſo facto privatur: nec ſuper privatione hujuſmodi ab alio ullo, quàm à Romano Pontifice diſpenſari poteſt. CLEMENS VII. Congregationi S. Georgii in Alga, & eſt per Breve, datum 2. Febr. 1524. ùt in Privilegi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vilegiis impreſſis ejus Congregationis p. 116. Vide verbo *Abſolutio* §. 15.

CONFIRMATIO.

Confirmatio Inſtituti, & Privilegiorum.

GREGORIUS XIII. Societatis Inſtitutum, (de quo latiùs p. 73. & ſeq.) Conſtitutiones & Privilegia confirmavit p. 66. GREGORIUS XIV. pag. 97. PAULUS V. p. 104.

Vide etiam, quæ notantur infrà verbo *Privilegia*. §. 11. & verbo *Conſtitutiones*.

CONGREGATIONES Externorum.

Vide V. Sodalitas.

CONGREGATIONES Societatis.

§. I.

Pri-